

a Constantiensibus. Mireris, si scias vehementissimum animum Michaelis Sanderi, iam nouiter facti canonici Const<antiensis>: quem audio propediem iturum Romam postquam intellexit nouum 20 Pont<ificem> Ro<manum> electum.

Abitum Oecolampadii a Basilea miror, cum intelligam eum illic bene audire. Et quo tandem se proripiet bonus ille vir? Tu perges esse tui similis, paraphrastes quietus, pacificus. Quod ad te attinet, nihil audio preter hoc vnum, quod sint quidam qui te suae 25 imprudentiae velint esse complicem, nempe inconsultae temeritatis propugnatores. Quod vt te facere nolim, ita negotio Euangelico sinceriter te adesse, quod ipse facis, adhortor. De processu tragoediae nostrae fortassis plura alias. Optime vale, et Botzhemum tuum tibi commendo. Ex Const<antia> 3. Decembr 15.2.3. 30  
T<uus> ex animo Io. Botzhemus.

Verae theologiae et optimarum literarum restauratori incomparabili, D. Erasmo Roterodamo, domino et patrono suo colendis<imo>.

#### 1402. TO JOHN MORE.

Commentarius in Nucem Ouidii, fº. A².

<Basle.>

Lond. xxix. 26 : LB. i. 1189.

<c. December 1523.>

[The preface to a commentary on the allegorical and moral poem *Nux*, attributed to Ovid. The work was completed in November (Ep. 1397. 12-13), and was published with Prudentius (Ep. 1404) by Froben in 1524 (a), for the spring fair at Frankfurt (cf. VE. 380); but no other edition by any of Erasmus' authorized printers seems to be known, until the commentary was included with his other educational treatises in vol. i of the Basle *Opera*, 1540, p. 999 (β). The text in Lond. has many deprivations which are corrected in LB. and are not worth recording: but the variant at the en<sup>d</sup> may point to a revised edition which I have not been able to trace. In addition to the mention in Ep. 1397. 13, it seems probable that, as the book was printed straight forward, without an initial sheet, this preface is earlier than Ep. 1404, which comes on sheet D.

For John More and his sisters see the notes to Ep. 999.]

#### ERASMVVS ROTERODAMVVS OPTIMAE SPEI ADOLESCENTI IOANNI MORO S. D.

NE pro xeniolis vestris, ne pro tot tam amicis epistolis nihil omnino videar reponere, suauissime Ioannes, mitto Nucem—ne sperne munusculum—sane quam elegantem, nimirum Ouidianam: quanquam alioqui munus nec omnino pusillum mittere videri possit, qui totam mittit arborem, nec vile qui tam facundam. Ne vero 5 mireris apud Ouidium loqui Nucem Latine, quum apud Lucianum tam diserte litigent vocales, apud Homerum loquatur Argos nauis, idque carmine. Tantisper igitur dum haec legis, esto Pythagoricus, vt credas et arboribus animum esse; linguam addidit Naso, vel

1402. TIT. DES *ante* ERASMVVS *add.* β.

i. tam *om.* β.

1401. 21. Pontificem] Clement VII was elected, on 19 Nov. 1523: see Pastor ix. 242.

22. Abitum Oecolampadii] In Oct. it had been reported, apparently without foundation, that he was leaving Basle,

because Erasmus was making his position difficult (Zw. Ep. 319; but see Ep. 1384 introd. and l. 54). In Jan. 1524 Pirckheimer writes congratulating him on his decision to stay (Oec. E. ii. 4).

10 reddidit potius : nam et olim in Dodona quercus aedebant oracula.  
 Mihi, tametsi iam pridem ab hoc genere studiorum alienissimo, libuit  
 carmen tam festiuum et eruditum addito commentariolo commen-  
 dare studiosis. Nec me fallebat fore qui protinus succlamarent plane  
 iuxta Graecorum vetus prouerbium, τὸν παλίμπαυδα γέροντα redisse  
 15 ad nuces. Ego sane nec pueris inutile nec seni cuiquam indecorum  
 arbitror huiusmodi nucibus ludere, talique laxamento ingenii lassit-  
 tudinem ex seriis studiis contractam reficere.

Caeterum quid alii dicant, non magnopere laboro. Tibi, mi  
 Ioannes, persuasum esse velim praeclarum artificem vbique sui  
 20 similem esse, seu colossam fingat, seu semipedalem statuam, siue  
 Iouem pingat, siue Thersitem, siue aeri vulgarique saxo insculpat  
 imaginem, siue gemmis aut auro ; nisi quod in materia vili minuta-  
 que maior est artis admiratio. Laudata est Nasonis Medea, sed  
 videbis et in Nuce Nasonem esse. Illic materia suppeditabat elo-  
 25 quentiam, ac bona pars laudis erat decidenda Graecis, qui toties  
 tractarant idem argumentum. Hic quicquid est laudis ingenio  
 poetae debetur. Equidem non sum is qui soleam de eadem fidelia  
 plures dealbare parietes : attamen et tu candidus videberis et ego  
 minus ingratus, si Nucem hanc, cuius fructum natura fecit in  
 30 quatuor partes sectilem, si minus placet arborem findere, Margaritae,  
 Elizabethae, Ceciliae, dulcissimis sororibus tuis, et harum sodalio  
 felici Gygiae, vales esse communem ; quae me toties epistolis suis  
 lacescunt, tam sanis argutisque sensibus, tam castae Latinitatis, vt  
 his nostris aegre persuadeam ipsarum Marte confectas, quum id  
 35 habeam compertissimum.

Proinde quorsum attinet hortari te, mi Ioannes, vel ad literarum  
 studium vel ad virtutem, quum tali praeditus indole domi patrem  
 habeas, quum eruditionis omnibus numeris absolutum, tum omnis  
 probitatis et integritatis perfectissimum exemplar, a quo degenerare  
 40 turpissimum fuerit ? praesertim quum ab illo nihil non affatim  
 praestetur quod conducere possit ad te omni ornamentorum genere  
 perpoliendum. Latere non potes, praelucet tibi paternae famae  
 splendor, quem aut summa cum laude referas oportet, aut summo  
 cum dedecore fallas omnium de te expectationem.

45 Quanquam et sororum aemulatio tibi cessanti poterat acre calcar  
 addere. Quarum comitatem, modestiam, pudicitiam, simplicitatem,  
 mutua concordiam si quis contempletur, treis iuret esse Charites ;  
 si varias musicorum organorum species scite tractantes videat, si  
 per omne genus autorum vtriusque linguae velut apiculas quasdam  
 50 volitantes consideret—hic annotantes aliquid quod imitentur, hinc  
 decerpentes insigne dictum quod in mores transferant, hinc lepidam  
 aliquam historiolum ediscentes, quam inter sodales referant—, dicas  
 Camoenas in amoenissimis Aoniae campis suauiter ludentes, flosculos  
 et amaracum concinnandis sertis colligere. Certe sic omnibus  
 55 animorum dotibus ornatae sunt, vt formae gratia, quamuis eximia,  
 minimum adferat commendationis. Hae velut ex composito sic  
 properant in hoc laudis stadio, quasi fratrem velint a tergo relin-  
 quere. Quo magis oportet te neruos omnes ad cursum intendere, vt

21. Thersitem β.

14. prouerbium] See *Adag.* 435,6.

52. dicas] *dicat* is required by the

construction ; which has lost itself in  
 wandering on.

quoniam illas natura priores in hoc stadium induxit, utpote te grandiusculas, intentione studiorum anteuertas. Tum illis cum 60 Cornelia Gracchorum matre certamen erit, quae sexum suum gemina laude decorauit, tum pudicitiae tum eloquentiae: tibi cum patre, quem aequasse satis opima laus fuerit, et tamen ille nihil malit quam vinci. Verum haec alias fortasse tempestiuus. Nunc ad Nucem. 65

## 1403. TO FRANCIS I.

Vienna MS. 8987, f. 35 v<sup>o</sup>.

Horawitz ii. 4.

Basle.

17 &lt;December&gt; 1523.

[The ms. is a volume in the Nationalbibliothek at Vienna. It contains various compositions by Claudius Cantiuncula (Ep. 852. 8on), including besides this a few letters of his, which are printed by Rivier and Horawitz in CE; and is apparently in Cantiuncula's handwriting throughout. As he had been the carrier of Ep. 1375, and was now at Basle, the occurrence of this letter among his own is easily explained. He also made a French translation of it: which follows in the manuscript.

As the main topic here is the presentation of the Paraphrase on Mark (Ep. 1400), Francis' copy of which bears the date 18 Dec. 1523 in Erasmus' autograph, it is clear that the month-date in this manuscript is an error for *Januarias*. This is confirmed by the French translation, which concludes: 'De Basle ce xvii<sup>e</sup> de Decembre Pan mil cinq cens trente troys'. The further inaccuracy there in the year-date reflects upon Cantiuncula's standards as a copyist; and the additional nasal in a few words is obviously due to him.

Erasmus wrote at the same time to Budaeus: see Ep. 1439. 1-3.]

## LITTERE ERASMI AD REGEM FRANCORVM.

CHRISTIANISSIME Rex, equidem mangnopere cupiebam ista naturae tuae benignitate vere regia et singulari erga me fauore tuae maiestatis, quem non promereor, propius vti, nisi haec temporum tempestas obsisteret votis nostris. Sed spero futurum vt Deus propitius det nobis aliquam serenitatem post hos tumultus, idque 5 breui. Interim pignus quoddam huius mei in te animi, mitto Paraphrasim in Marcum Euangelistam, vt quatuor Euangelia fusius per nos explicata, titulum quatuor precipuorum orbis monarcharum quatuor mundi partibus commendentur. Nam Matheum iam pridem dicaram Caesari, tibi nunc Marcum; Lucam dicaui Regi 10 Anglorum, Ioannem Ferdinando Caroli germano. Opto autem votis ardentissimis a domino Iesu, in cuius manu sunt corda regum omnium, vt quemadmodum codex Euangelicus iam iungit vestra nomina, ita breui spiritus Euangelicus eterna concordia iungat animos vestros. Scio tuo ingenio nihil esse clementius, sed bellum per se 15 res est parum clemens. Scio per te non stare quominus coeat pax, quam suspirant omnes boni; sed bona spes est futurum vt Caesaris animum Deus flectat ad moderatiora consilia. Id expedit et vestre felicitati, quo magis constabillitur et efflorescit mutua concordia, et totius orbis tranquillitati. 20

Nos nihil aliud possumus quam optare que sunt optima. Quae

1402. 64. Nunc ad Nucem a LB: Interim vale Lond.

1403. 7. Marcum] Ep. 1400.  
9. Matheum] Ep. 1255.  
10. Lucam] Ep. 1381.

11. Ioannem] Ep. 1333.  
12. corda regum] See Prov. 21. 1, and  
cf. Ep. 964. 10-11.